

XXIX. Pelestrina. Chioggia.

Inter oppida duo antiquo tempore maritima Altinum et Atriam ager interiectus maiore ex parte Patavinorum fuit. Portum eorum Meduacum dici sicut fluvium per ipsam urbem fluentem (hodie Bacchi-glione), abesse autem ab urbe M. P. XXXI auctor est Strabo 5, 1, 7 p. 213: ἔχει δὲ (Patavium) θαλάττης ἀνάπλουον ποταμῶν διὰ τῶν ἐλῶν φερομένων σταδίων πενήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐν λιμένος μεγάλου· καλεῖται δ' ὁ λιμὴν Μεδοάκος ὁμωνύμως τῷ ποταμῶ. Nomine magis quam re differt Plinius h. n. 3, 16, 121 portum appellans Edronem, quem faciunt Meduaci duo et fossa Clodia. Nam spatium M. P. XXXI, de quo loquitur Strabo, sine dubio referendum est ad *litorale* quod nunc dicunt sive, ut ait Livius 10, 2 locorum bene gnarus, 'tenue praetentum litus, quod transgressis stagna a tergo sint inrigua aestibus maritimis'; neque Patavium proficiscentes tanto a Patavio intervallo terra iter facere coepisse, sed XIV demum a Patavio lapide ex eodem Livio (l. c.) intellegitur. Itaque portus ille magnus Meduacus sive Edro ipsa aestuaria sunt a mari separata tenui litore eo, quod hodie dicitur *litorale di Pelestrina* interiectum inter portus duos qui nunc dicuntur *porto di Malamocco* et *porto di Chioggia*. In ea aestuaria effunduntur Meduaci maior (Brenta?) et minor (Bacchi-glione?) et fossa Clodia, a qua probabiliter statuunt nomen traxisse

oppidum hodie florens Chioggiam, cum praesertim ex Plinio appareat Edroni portui meridiem versus vicinum fuisse portum Brundulum, qui etiam nunc dicitur *porto di Brondolo* infra Chioggiam. Accurate Peutingerana viam ab Altino Atriam sic determinat: *Altino — XVI — ad portum — III — maio Meduaco — VI — mino Meduaco — VI — Evrone* [scr. *Edrone*] — XVIII — *fossis* — VI — VII *maria*; nisi quod propter fluviorum ipsiusque ripae mutationes difficile est antiqua haec recte referre ad statum locorum hodie obtinentem. Neque ut id fiat, inscriptiones exigunt, quae raras admodum per litus illud prodierunt, scilicet Pelestrinae tantum et Chioggiae. Eas hoc capite composuimus. Confirmant quod supra diximus litoralia haec comprehensa fuisse finibus Patavinorum; nam quod unum in iis reperitur rei publicae indicium, nempe Concordialis tituli n. 2307 Chioggiensis, Patavium ducit. Vici autem tres maritimi Patavinorum memorati apud Livium l. c. quamquam item ostendunt orae huius non exiguum tractum Patavinorum fuisse, tamen cum ex Livii narratione appareat agrestium hominum magis eos fuisse quam piscatorum nautarumque, ii fuerunt non in 'tenui litore', sed ab altera parte aestuariorum in continenti.

2306 reperi hoc navigando in littore maris ad ecclesiam S. Petri de Pelestrina Methamaucum [= Malamocco] versus' FERR. (TRAI.) Inter Adrianas FERR. (REG.)

POBLICIAE · FELICISSIMAE
CONIVGI

Ferrarinus cod. Trai. f. 54, cod. Reg. inter Adrianas n. 9 (inde male Mur. 1385, 7 ex schedis Capponiis).

2307 rep. ante sex menses Chiozzae in loco ad litus q. d. Roma, nunc ibi *alla Procurativa PINELLI*; ad fossas Clodias eruta 1599 GRUT. *In piazza nella facciata della cancelleria FURL.* Nunc ibi in bibliotheca seminarii BULLA.

instrumenta
varia

V · F

C · SOCCEIVS ·

C · LIB · FIDELIS

CONCOR ·

5 C · SOCCEIO · C · F ·

ATTICO · F ·

SOCCEIAE · C · L · MATVR

VXORI

Pinelli cod. Ambros. D 199 inf. f. 10 (inde Grut. 995, 1 a Puteano); Renier Chioggiensis misit Furlanetto lap. Est. p. 77, lap. Pat. p. 168 n. 157; Bulla Chioggia (1862) p. 44.

4 sic Pin. Furl. (spatium vacuum habet Pin., relictum esse testatur diserte Furlanettus), CONCORD Bulla. — 7 SOCCEIAE Bulla, SOCCEIA reliqui.

2308 Chioggiae in ecclesia maiore sub altari rep. a. 1606 BARB. Ubi sit, ignoratur BULLA.

COATTENVVS LAMIRVS AVRIFEX SIBI
ET POPILIE VARSAE VXORI ET FI
LIIS DVOBVS VENVSTO ET EG
DOTO ET ARCEO EVTYCHO
5 V F

Franc. Barbarano *hist. eccl. di Vicenza* (1649) p. 70 (inde Mur. 947, 3); Bulla Chioggia p. 45 ex schedis Gradenigi episcopi Chioggiae servatis in bibliotheca sem. Chioggiensis.

Corrupta sane, fateturque ipse Barbaranus non satis potuisse legi lapidem, sed non falsa. COATTENVVS | LAM-RVS | AVRIFEX | SIBPET | POPILIE | VARSAE-VSORI | ET FILLE DVOBVS | VENVSTO ET | EGDOTO | ET-ARCESIO | EVTICHO | V F Bulla.

2309 Chioggiae in imis summi templi parietibus MANUT. et similiter RELIQUI. — Mantuae PACED.

ET · POLLENTIAE · IPHIDI

ET · LIB · LIBERTABQ

SVIS · OMNIBVS · EX

HS · X · T · F · I

Io. Bembus f. 133; Pacedianus l. II (inde Mur. 1754, 15; Labus mus. Mant. 3, 355); Symeoni obs. p. 78, epit. p. 81 (inde Thevet cosmogr. univ. 2, 768; Scaliger cod. Lugd. 61 f. 176'; Grut. 869, 11); Panvinius cod. Vat. 6036 f. 105'; Manutius cod. Vat. 5248 p. 18; Buchellius cod. Traiect. II B 7 (inde Grut. 854, 11).

In vv. div. consentiunt Bemb. Pac. Man. Buch. — 1 ETIOLLENTIAE Bemb., ETTOLLENTIAE Pac., EIOLENTIAE Man., EPIOLLENTIAE Panv., EPPONENTIAE Sym., AELIO-LENT. Buch. — EPHIDI Panv., PHIDI-F... Buch. — 2 F-L pro ET Buch. — 4 T... ins. ante HS Buch. — III pro T-F-I Man. Buch.

2310 arca Chioggiae in bibliotheca seminarii.

VLPIO · BASSIANO · QVI
VIXIT · ANN · III · MENS
VIII · D · XV · COMINIA · EVVODIA
NEPOT · IN FELICI

Bulla Chioggia (1862) p. 44.
4 NEPOTI FELICI traditur.

2311 Chioggiae in ecclesia cathedrali.

LOC · SEP ·
M · VOLVM
NI · M · F
TENACIS
5 Q · Q · V · P · XV
CRPV
canis? ceruus?

Barth. Bottari medicus, a cuius exemplo edito in *nuove memorie del Valvasense* 1759, 2, 387 (cf. p. 448) pendet Polcastro inser. p. 199 (inde Furlanetto lap. Est. p. 65, lap. Pat. p. 410 n. 547; Orelli 4502). Bulla Chiogg. p. 45 citat Polcastrum, sed certe lapidem vidit.

2312 Chioggiae in ecclesia cathedrali.

SIBI · ET

Manutius cod. 5248 p. 18.

28*